



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Meten.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

extitit regularis disciplina, & *Benedictini* instituti fortis zeloces fratrib. & in choro & in refectorio semper ferè coniunctus: vt eos suo etiam exemplo ad pietatem & vitæ sanctimoniam inuitaret: vnde complurium Monasteriorum visitator & reformator esse meruit.

Johannes Christophorus Abbas huius Monasterij longè clarissimus, S. *Wolfgãgi* olim ad *Alpes Noricas Falconem* montem, saltumque ad lacum *Albernum* pertinentè haud procul *Salisburgo* popularis applausus tædio secedentis vitæ rationem omnem, in ea præsertim solitudine transactam, mirandaque opera, loci habitum, facellum, lacum, alpes, stupenda ac verè inaudita miracula vernacula linguâ descripta publici juris esse iussit.

M E T E N.

NON procul à *Deckendorff* ac *Danubio* Monasterium Ordinis S. *Benedicti* fundatur, secundû. *Auent. fol. 316.* à *Carole Magno*, imposito primo *Abbate*, vtone *Eremita* eius loci. Extat ibi diploma *Caroli Magni*, cuius datum 4. *Cal. Augusti*, anno *Christo* propitio 882. año *Augustali* in *Italia II.* in *Francia I.* *Henricus Pius*. *Dux Austriæ & Bauariæ*. ciecitis *Canonicis*, quos locauit in *Pfaffenmünster* prope *Straubingam*, substituit *Monachos Benedictinos* *Monasterienfes*, an. 1175. vel 1176.

COMBRITVR totum Monasterium, Anno 1236. & desolatur vsque ad Annum 1264, restituitur sub *Ottone*, *Duce Bauariæ*, *Ludouici Imperatoris Auo.*

A D D I T I O N E S.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ *Trinitatis*. *Ludouicus* diuina fauente gratia *Rex*. Decet regiam dignitatem, prædecessorum suorum piè facta non solum inuiolabiliter conseruare, sed etiam censuræ suæ auctoritate alacriter cõfirmare. Proinde nouerit omniû fidelium nostrorû præsentium & futurorum magnitudo, qualiter vir venerabilis *Nithardus* *Abbas* ex *Monasterio* quod dicitur *Medema*, quod est constructum in honore S. *Michaelis* *Archangeli*, obtulit excellentiæ nostræ quandam auctoritatem bonæ memoriæ auî nostri *Caroli* præstantissimi Imperatoris, in qua continebatur insertum qualiter idem *Christianissimus Imperator* præfatum *Monasterium* cum *Abbate* & *Monachis* ibidem *Deo* famulantibus, cum hominibus vel rebus ibidem pertinentibus sub sermone tuitio-
In appropria
ph. celsitru.
asinostræ.
nis suæ constituisset. Ita vt in posterum tam sub suo, quam sub successorum suorum, *Regum* videlicet sequentium *Mundiburdo* & *defensione* consisteret. Pe-
tiit celsitudinem nostram prædictus Abbas vt nos similiter eum & Monasteriũ
cui præest, cum Monachis ibidem Deo militantibus, atque rebus vel hominibus
sibi pertinentibus, sub nostra constitueremus defensione & eidem auctoritati,
nostram firmitatis gratia iungeremus auctoritatem Cuius deprecationem,
libenter annuimus, & beneficium, quod à nobis postulauit, ob amorem
Dei, & reuerentiam, ipsius sancti loci libenti animo ei concessisse omnium fi-
deliũ nostrorum cognoscat industria, Propterea præsentem auctoritatẽ nostram
ei fieri iussimus, per quam præcipimus atque iubemus, vt nullus quislibet ex vo-
bis, neq; de iuniorib. aut successorib. nostris, memorato venerabili viro Nithar-
do Abbati, nec Monachis seu hominib. suis, qui per eum legibus sperare noscun-
tur, de nullis quibuslibet illicitis occasioneb. iniuriare, nec inquietare, aut cõdẽ-
nare, neq; contra rationẽ Ordinis de rebus Monasterij sui, vnde ad præsens iu-
sto ordine restitutus esse videtur, aut in ante Deo largiente ibidem iustè
& ratio-

& rationabiliter collatum fuerit, aliquid abstrahere aut minuere vilo modo præsumatis: nisi liceat ei vnà cum Monachis & hominibus suis, sub Dei, nostriq; Mundiburdo ac defensione quietotramite viuere, ac residere, & pro nobis. vxo-
*f. instan-
tia* reque ac prole vel gente *Francorum*, seu stabilitate regni nostri attentius diuinam misericordiam exorare. Et si aliqui casus aduersus eum & in vico suo surrexerint, aut orti fuerint quos ibidem in prima absque graui, iniquo dispendio diffinire nequiverit, vsque in præsentia nostra suspensos vel reseruatos, qualiter ibidem secundum legem & iusticiam finitiuam accipiant sententiam. Et vt præfens auctoritas firmior habeatur, vel per tempora melius conseruetur, annulo nostro subter iussimus sigillari.

NB. Ori-
ginalm-
contami-
nata è Sin-
tegrè in
Monaste-
rio refer-
natur.

Adalleodatus Diaconus, ad vicem *Brunaldi* recognoui. Data VIII. Idus Ianu. Anno Christo propitio quarto regni *Ludouici* Regis in Orientali *Francia* Indict. XV. Actum *Reganespurg* ciuitate, in Dei nomine feliciter Amen.

Catalogus Abbatum Monasterij

Metten.

- I. **B. VTTO**, constitutus Abbas circa an. Dn. 801. Obiit an. 829. die 3. Octobr.
- II. **OPORTVNVS** obiit anno 844. vlt. die Ianuar. præfedit annis 14. mens. 2.
- III. **WOLFRAMVS** obiit 9. Februar. anno 853. cum præfuisset annis 8. mens. 6.
- IV. **EMICHO** præfuit an. 12. mens. 3. ob. 4. Octobr. an. 865.
- V. **NITHARDVS**. Prælaturam gessit an. 14. mens. 2. obiit 9. septembr. anno 880.
- VI. **WYPPO** an. 11. mens. 1. ob. 21. Iulij. an. 892.
- VII. **RVCHERVS** cum præfedisset an. 6. mens. 2. denatus est 2. Ianuar. anno 899.
- VIII. **NITHARDVS** secundus gubernauit ann. 5. mens. 2. fato functus 14. April. anno 904.
- IX. **WYPPO** secundus an. 9. m. 3. ob. 12. Nouembr. an. 913.
- X. **ADALHARDVS** præfuit ann. 21. mens. dimid. obiit anno. 935. die 13. Nouembr.
- XI. **WALTHERVS** clauum tenuit ann. 16. mens. 3. def. 2. Decembr. Anno 952.
- XII. **EBERHARDVS**, postquam præfedisset annis 24. mens. 4. defuit inter homines esse 23. Decembr. an. 978.
- XIII. **HETHARDVS** subrogatus præfuit an. 25. mens. 1. obiit die 7. Martij Anno 1003.
- XIV. **WOLFRAMVS II.** exactis regim: an. 28. m. 2. moritur in festo Visitationis B. virginis an. 1030.
- XV. **GERBERTVS** præf. an. 26. mens. 2. ob. 5. Nouembr. an. 1056.
- XVI. **DIETMARVS** post regim. ann. 21. mens. 3. mor. 25. Septembr. anno 1078.
- XVII. **DIETMARVS** secundus præfedit ann. 13. mens. 2. obiit die 3. April. anno 1092.
- XVIII. **GEBEHARDVS** an. 16. mens. 2. obiit 2. Febr. an. 1109.

Sublato è viuis Abbate *Gebeharo*, tenuerunt Monasterium *Metten*. Canon-

- Canonici in *Pfaffenmunster* annis L. sed hos amouit an. 1157. *Henricus* * *h.* * *Austr.*
huius nominis Dux & Monachos restituit. *acme*
- XIX. BERBERTVS præfuit ann. 23. mens. 3. obiit die 8. Iunij, ann.
1181.
- XX. LEOPOLDVS exacto regiminis ann. 3. & quod excurrit, mens. 3.
fatis concessit 5. April. an. 1185.
- XXI. RVGERVS præfuit ann. 18. mens. 3. obiit 29. Octobris ann.
1203.
- XXII. FRIDERICVS obiit ann. 1226. die 21. Iulij, præfuit, ann. 22
mens. 3.
- XXIII. BERNOLDVS an. 12. m. 1. obiit 30. Ianuar. an. 1239. sub hoc Mo-
nasterium incendio periit.
- XXIV. ALBERTVS annis præfuit 36. mens. 1. obiit 12. Augusti, ann.
1275.
- XXV. CONRADVS Administratorio nomine præfuit an. 16. mens. 3. post-
modum electus prælatus an. 1292. superuixit an. 6. rexit in vniuersum ann.
22. m. 3. ob. 11. Febr. an. 1297.
- XXVI. VDALRICVS gubernauit an. 21. mens. 5. obiit an. 1319. die 16.
Ianuar.
- XXVII. ALBERTVS II. Obiit die 5. Septembr. Ann. 1346, præfuit, ann.
27. mens. 3.
- XXVIII. VDALRICVS II. ann. 34. mens. 3. obiit 15. Maij, ann. 1381.
- XXIX. ALTMANNVS an. 8. m. 2. ob. 20. Octobr. an. 1388.
- XXX. PETRVS an. 38. m. 1. decessit 18. May. an. 1427.
- XXXI. ANDREAS ob. Calend. Nouembr. an. 1435, cum præfuisset ann. 8.
mens. 3.
- XXXII. ANDREAS I. an. 9. m. 2. ob. 19. Ianuar. an. 1445. hic inperauit In-
fulam in Concil. *Basileen.*
- XXXIII. PETRVS *Vältl* II. huius nominis, ob. an. 1459. in festo S. *Thome* & A-
postoli, ædificauit chorum templi, præfuit an. 14. m. 3.
- XXXIV. IOANNES *Höpfel*, reædificauit chorum & infirmariã ob. an. 1478. 20.
April. expletis in regim. an. 18. m. 1.
- XXXV. PANGRATIVS præfuit ann. 14. mens. 2. obiit 20. Ianuar. ann.
1493.
- XXXVI. OSVALDVS rexit. ann. 9. mens. 4. die 5. obiit 6. Ianuar. anno
1503.
- XXXVII. OSVALDVS secundus ann. 11. mens. 1. obiit in festo sancte Aga-
thæ, ann. 1514.
- XXXVIII. WOLFGANGVS *Altman* præfuit ann. 11. mens. 7. hebdom. 3. ob. 20.
sept. an. 1526.
- XXXIX. WOLFGANGVS *Häberl* II. huius nominis ob. in die S. Syluestri,
ann. 1534. præfuit ann. 8. mens. 6.
- XL. CAROLVS *Dorn* elig. die 13. Martij, ann. 1535. præfuit ann. 2. mens. 5.
die 3. ob. 16. Augusti an. 1537.
- XLI. LEONARDVS *Ortmayr* elig. die vlt. Iul. præfuit an. 4. m. 4. dies 6. ob.
20. Martij an. 1541.
- XLII. IOANNES *Edmayr* huius nom. 2. mitra insignitus, rexit ann. 4. m. 4.
dies 6. ob. 20. Martij an. 1545.
- XLIII. OSWALDVS III. *Mayr* cognom. *Ingolstadtien.* elig. 15. Decemb. an.
1548. præfuit an. 19. m. 7. dies 22. ob. 6. Augusti an. 1569.

XLIV. SE-

- XLIV. SEBASTIANVS *Castner. Regen.* professus Monasterij inferioris *Altaba* Præpositus in *Rinchnach*, elig. 6. Octobr. an. 1569. præfedit an. 7. m. 7. d. 1. ob. 30. May, an. 1577.
- XLV. IOANNES III. administrauit Monasterium an. 1. m. 5.
- XLVI. BENEDICTVS Adm. an. 1. m. 10. d. 14.
- XLVII. MARCVS *Gesb* Professus Monasterij SS. *Vdalrici & Affra Augustæ*, elect. 16. April, ann. 1581. præfuit an. 10. mens. 11. d. 24. obiit die. 11. April. ann. 1592.
- XLVIII. EGIDIVS *Hiebl* Ingolstadien. administrator Monasterij per annum, eligitur Abbas die 20. Aprilis, an. 1595. præfuit an. 1. m. 5. d. 3. in vniuersum an. 2. m. 5. d. 3. ob. 23. Febr. an. 1595.
- XLIX. ANDREAS tertius dictus *Egkler* Professus *Tegernseem.* elig. 20. Aprilis, an. 1595. præf. sept. 14. ob. die. 12. Julij eiusd. anni.
- L. IOANNES *Nablas Lautterpacen.* Conuentualis Monasterij S. *Emmerammi Ratispon.* electus & confirmatus in festo S. *Egidij*, benedicitur in die Sancti *Remigij*, Laudabiliter adhuc præst, cui vitam & felicitatem Deus largiatur.

MOSPVRG.

COLLEGIATA Ecclesia Canonicorum secularium, olim Monasterium, nunc Clericorum Collegium. Arnoldus Imperator Monasterium, & Abbatiam Mospurg dedit ac subiecit Ecclesiæ Frisingensi, vt perpetuo sub eius defensione & potestate esset, Anno 895. Ex libro traditionum Ecclesiæ Frisingensis, tribuit illi Monasterio etiam pascua super eum locum, vbi Ambra in *Isaram* cadit. Idem confirmat hanc subiectionem & donationem Arnoldi Imperatoris Otto primus Imperator, Anno 940.

DE hac extat etiam sententia Adalberonis Comitis, in cuius Comitatu Mospurg situm est &c. ex mandato Cunradi Imperatoris, qua sententia Mospurg Monasterium Ecclesiæ Frisingensis iuri ac dominio perpetuò adiudicatur, an. 1127. ex eodem libro.

HEINRICVS sanctus è fundamento extruxit templum Mospurgij, pro secularib. Sacerdotibus, Auent. fol. 507. De translatione D. Castuli è Roma ibidem Auent. fol. 725.

ADDITIONES.

REGALIS CONCESSIO DE
MOSPVRG.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Arnolfus* diuina fauente clementia Rex. Si de rebus terrenis, quibus Dei largiente gratia præ cæteris mortalibus ditati sumus, Ecclesias in honore sanctorum electorum constructas, nostræque Regalitati subiectas sublimare studemus, nõ solum ad diuturnam regni nostri stabilitatem, verum etiam æternæ felicitatis gloriam adipiscendam, id nobis optimum esse credimus. Idcirco namque cognitum esse volumus industria omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, nostrorumque præsentium scilicet & futurorum, qualiter nos pro æternæ remunerationis incremento, nec non *Carlomanni* chari patris nostri animæ remedio, cæterorumque Regum, antecessorum